PASSIO SANCTI BLASII. GREGORIUS MAGNUS. VITA SANCTI BASILII
3. Viertel 12. Jh. Seite 114v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36561
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift





s; tremebundus ac pauens stare cepit. atq; p singula momenta suspectus. qua hora in mundo spiritui traderetur. et coram omni pplo uexaretur. Cumq; uehementer timeret. ei in illa celebritate missarum quasi aduersi nil contigit. Qui letus exiit. et die altero ecclam iam securus intrauit. Factumq; est ut p sex continuos dies letus ac securus procederet. estimans quod eius scelus dominus non uidisset. aut uisum miscditer dimisisset. Die autem septimo. subitanea morte defunctus est. Cumq; sepulture traditus fuisset. p longum tempus cunctis uidentibus de sepulchro ipsius flamma exiit. et tandiu ossa eius concremauit. quo usq; omne sepulcrum consumeret. et terra que in tumulum collecta fuerat. defossa uideretur. Quod uidelicet omnipotens deus faciens. ostendit quid eius anima in occulto pertulit. cuius etiam corpus ante humanos oculos flamma consumpsit. Qua in re nobis quoq; hec audientib; exempla formidinis dare dignatus est. quatenus ex hac consideratione colligamus quid anima uiuens. ac sentiens p reatu suo patitur. si tanto ignis suplitio. etiam insensibilia ossa concremantur. PETRUS Nosse uellem. si uel boni bonos in regno uel mali malos in suplitio agnoscant. GREGORIUS Huius rei sententia. in uerbis est domicis quam iam superius protulimus luce clarius demonstrata. In quib; cum dictum esset. homo quidam erat diues et induebatur purpura et bisso. et epulabatur cottidie splendide. et erat quidam mendicus nomine lazarus qui iacebat ad ianuam eius ulcerib; plenus cupiens saturari demicis que cadebant de mensa diuitis. et nemo illi